

B E N E V O L O L E C T O R I .

**L**ibelli huius quanta sit vtilitas, facile iudicabitis, qui aut variarum linguarum cognitione delectatur, aut per diversos orbis nostri tractus peregrinationem instituerit. Quandoquidem cum neminem vsque adeo hebeti ingenio putem, vt illius vsum ignoret, complures exosculari, hunc evolueri, nocturna diurnaque manu versare existimo. Etenim (vt saepe vsu venit) si parentes studiorum morumve, aut exterorum idiomatum ediscendi gratia suos liberos ablegant: vide quid de huius vtilitate, ne dicam necessitate, dicendum sit; qui etiam intra ipsos parietes plenam & perfectam variarum linguarum cognitionem quotidiana experientia tribuit. Dies deficeret, si iucunditatem, pulcritudinem, honestatem, caeterasque illius dotes, recensere vellem. Itaque